Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 222

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 51.

Nomina vero authorum sunt Nicolaus Diæ de quo supra No 6. Andreas de Weytra, cujus inter Rectores Univers: Vienn: ad annos 1432. et 39 meminit Sorbait pagg: 24 & 26; et Stephanus de Egenburga, cui maxima pars istorum sermonum adscribitur. Ejusdem quoque sunt duæ postremæ collationes, ante, et post solemnes disputationes 1460. habitæ.

Cod: CCXXII.

2 6.5.

Chartac: 4: Sæcul: 15:

Vorsatz [illegible]

1. Fol: 1[a] – 142[a].

Joañis Gersonii de vita spirituali animæ liber.

Joannis Gersonii Liber de vita spirituali animæ. Rubro præmittitur: "Incipiunt dicta Joannis Gersonis Cancellarij parisiensis Et sequitur prologus in quo distinguuntur materie". Prologus iste est epistola dedicatoria ad Petrum de Alliaco Cardinalem Cameracens: Gersonii olim præceptorem, et incipit: "Reverendo in Xto patri et sacre theologie professori &c". Opus ipsum inchoatur: "Ego vos baptisavi aqua". Idem habetur etiam in Cod: XLIX. n: 1. inter opp: autem Gersonii edit: Antwerp: 1706 curante Ludov: du Pin extat Tom: III. col 1. seqq:

2. Fol: 143[a] – 183[b].

Ejusdem pars II. in Theolog mysticam practice

Ejusdem pars secunda in Theologiam mysticam practice consideratam; ita inscribitur præsens opusculum in edit: T. III. col: 899. In codice autem rubrica sonat: "Incipit tractatus de vita contemplativa Magistri Johis.

de Gersana cancellarij parisiensis. Et est etiam de duodecim industrijs in theologiam misticam practice consideratam." Initium est: "Tractantes in leccionibus nostris jam a multo quamvis interrupto tempore." Vide etiam Cod: **XLIX.** n: 11.

3. Fol: 183^b – 187^a.

Ejusdem Tract: contra recidivum peccati.

Ejusdem Tractatus contra recidivum peccati. Titulus in codice nostro est: "Sequitur tractatus de Remediis contra recidivum peccandi a confessoribus dandis." Incipit: "Habet hoc proprium ars qualibet." Occurrit in Cod: supra citato n: 12. et in edit: Tom: II. col: 457.

4. Fol: 187^b – 201^a.

Ejusdem Tract: de probatione Spirituum.

Ejusdem Tractatus de probatione Spirituum. Rubro praenotatur: "De discrecione spirituum M. Joh: Gersona et de modo superandi temptaciones et idem tractatus dicitur 2^da pars tractatus de vita spirituali anime." Duplex hic error involvitur; primo praesens opusculum non tractat de modo superandi tentationes, sed proxime sequens; secundo, perperam dicitur secunda pars tractatus de vita spirituali animae, qui unica absolvitur. Initium praesentis est: "Probate spiritus si ex Deo sunt jubet discipulus ille quem diligebat Jesus." Vide Cod: ms. sup: cit: n: 1. et edit: T: I. col: 37.

5. Fol: 201^a – 209^b.

Ejusdem Tract: de Stabilitate & Soliditate.

Ejusdem Tractatus de stabilitate et soliditate. Praemittitur rubrica: "Sequitur 3^tia pars que est de vita anime per contemplacionem stabilitate et consolidate Ma-

" „gistri Johannis de Gersona." In indice au„tem aſſeri anteriori inscripto, vocatur de ſtabilitate, et ſoliditate. Sed titulus hujus Tractatus inter edita Gersonii opera non re„peritur, quamvis illius esſe ob stili simili„tudinem non dubitem. Agit de quibusdam remediis contra tentationes ſpirituales et incipit: " Ad honorem dei dicam aliqua " remedia contra aliquas temptaciones spi„ " rituales." Habetur etiam in Cod: sup: cit: n: 7.

6. Fol: 209ᵇ–220ᵃ

Ejusdem Tract: de arte audiendi confeſsion:

Inscribitur: " Incipit Tractatus de arte audiendi confesſiones magistri iohannis " de gersona cancellarii parysiensis." Inci„pit: " Cui virtus quam aſſuefactio gig„ " nit certius; quam ars operatur." Vide Cod: S: c: n: 10. Edit: vero T. II. Col: 446.

7. Fol: 220ᵃ–269ᵃ

Ejusdem Tract: de potestate ecclesiastica &c.

Ejusdem Tractatus de potestate ecclesia„stica, et de origine juris, et legum. In„cipit præfatio: " Prohemium quod expedit " inquirere de ecclesiastica potestate"; opus ipsum: " Potestas ecclesiastica debet ab " ecclesiasticis quid qualis et quanta sit " agnosci." Extat in Cod: sup: cit: n: 8. In edit: T. II. Col: 225.

8. Fol: 269ᵃ–282ᵃ

Ejusdem Tract: de Comunione sub utraque specie

Inscriptio hujus tractatus est: " Sequitur tractatus cancellarii parysiensis factus " contra hereticos dicentes de necesſitate " salutis esſe recipere ſacramentum sub utraque

„ specie." Incipit:" Oblaturus juxta seniorum"; prout in Cod. S. C. n. 22. et in edit. T. I. col. 457.

9. Fol. 282[a] – 295[a]

Ejusdem Tract. de forma visitandi.

De forma visitandi inscribitur in codice, in editione autem T. II. col. 558 de visitatione Prælatorum, vel de Cura Curatorum. Incipit:" Ad laudem dei et ad edificationem populi Xtiani." Habeturque in Cod. S. C. n. 13.

10. Fol. 295[a] – 322[a]

Mathæi de Cracovia Tract. de confessione.

Huic opusculo præfixa est rubrica:" Tractatus magistri mathie de kracovia et secundum alios Johannis de deo et est de confessione." De hoc satis diximus in Cod. sup. cit. n. 4.

Cod. CCXXIIII.

Chartac. 4. Saec. 15. 2 6.6.

1. Fol. 1 – 64[b]

Andreæ de Weytra Tract. de occultatione vitiorum.

Andreæ de Weytra Tractatus de occultatione vitiorum. Incipit:" Nonnunquam vicia se sub virtutum specie occultant." Non memini hujus prolixi tractatus alicubi mentionem fieri; pauca quæ de authore sciuntur diximus in Cod. CCXXI. n. 8.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 222

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27561

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)